



**Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii**

**Aufréri, Étienne**

**Leodii, 1702**

Octaua Quæstio. Occasione præmissorum queritur an Clericus pro quolibet  
gravi crimine veniat deponendus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

ri Clericos, quod etiam in exilium mitti possint,  
ibidem tradit D<sup>r</sup>ias cap. 137. Mattheus Boyß D.

Veruntamen no. Sicut. in cap. irrefragabili. §. oate-  
rum de offi. ordina. quod prælati de facili in correctio-  
ne excessuum non debent imponere pœnam pecunia-  
riam. Oritur enim ex hoc contra eos præsumptio, quod  
correctionem faciant, non propter Deum, sed propter  
quæstum pecuniæ.

iii Nec etiam istam pœnam pecuniariam convertere de-  
bent in utilitatem propriam, sed in pios usus, nisi evi-  
denter indigeant, & si intelligitur. cap. dilectus eod.  
tit. idem Bald. in l. 2. in princi. C. de Episco. audien.  
& in authen. bona damnatorum. C. de bonis præscript.  
ubi dicit quod Episcopus deberet applicare pœnas  
fisco Romanæ Ecclesiæ: quia sicut voluit idem Bald.  
super rubrica. C. de privileg. fisci. Episcopus non ha-  
bet fiscum, de consuetudine tamen servatur contra-  
rium fa. quod in simili. not. in l. 3. C. de modo mult.  
ubi dicitur quod judex pecuniariam pœnam potest ap-  
plicare ad opera publica, puta refectionem murorum,  
pontium & similium, & si specialiter non deputat ad  
opera publica, sed simpliciter multat seu condemnat,  
commodum applicatur fisco & non judici, ita not. dicit  
ella l. vide ad materiam quod not. Ioan. And. post Ho-  
stien. in alleg. cap. 1. de homi. lib. 6. ubi dicit, quod  
Prælatus potest multare & disponere, ut præmissum  
est, & vide per Sicul. præall. cap. licet, de pœnis.

OCTAU A Q UÆSTI O.  
Occasione præmissorum queritur  
an Clericus pro qualibet gravi  
crimine veniat deponendus.

Et

ET videtur primo quod non , quia si recte ponde-  
retur *tex. in cap. tuae de paenit.*, non est de mente  
ipsius , ut pro quolibet gravi crimine mortali quis  
Veniat deponendus , nisi sit magnum ; imo nec bene-  
ficio debet privari , nisi crimen sit grave : ita dicitur  
not. *in cap. inventum. 16. q. 7.* dic post Sicul. *in præ-*  
*all. cap. tuae*, quod in variis juris partibus disputatur,  
quæ sunt gravia delicta , de quo *in l. i. C. de requir.*  
*re. & in l. ad ea. ff. de regul. jur. Bart. plenius in l.*  
*non solum. de injur. & l. levia. ff. de accusa. & l. aus-*  
*facta. ff. de pen. & gloss. in l. auxilium. ff. de mino.*

## A D D E.

De depositione vide latissimè Menochium casu  
arbit. 415. Ubi tradit quid differant depositio &  
degradatio , quæ duplex est , Verbalis & Realis.  
Idem Clarus in Crim. q. 74. ubi tradit quod Cle-  
ricus deponi non possit , nisi propter grave crimen.  
Item Clericus pro tribus criminibus tantum a-  
equaliter degradari potest , puta pro heresi , falso  
in Apostolicis literis commisso , & conspiratione  
in proprium Episcopum , ut notat idem Clarus  
q. 36. n. 37. ubi addit quod in aliis criminibus ,  
quantumcunq; gravibus delictis , etiam si sum-  
mum Pontificem occidisset , non debet degradari ,  
si paratus sit se corriger , sed detrudi debet in  
perpetuos carceres. Vide desuper egregiam decisi-  
onem Benedicti de homicidio . post tertiam par-  
tem in cap. Raignutius. Mattheus Boyß D.

160 REPETITIO CLEM. I.

Unde diceridum est , quod quædam delicta dicuntur levia , quædam gravia , quædam gravissima. Levia dicuntur ubi dolus non requiritur , ut quando aliquid contigit per imperitiam vel culpam sine dolo , vel quando dolus intervenit , sed circa rem modicam , ut furtum modicæ rei inter domesticos . I. responsum . ff. de penis & in allega . I. levia . & cap . cum delicti . de accusa . Delicta vero gravia sunt , in quibus exigitur dolus & tendunt in alterius grave præjudicium seu rei publicæ & magna imponitur , ut in furto , perjurio , & similibus , ut in cap . cum non ab homine de juri . Graviora vero sunt crimina publica , & quandoque non imponitur poena mortis . Gravissima ubi mortis imponitur poena : ex gravitate enim poenæ deprehendimus quantitatem & qualitatem delicti . 24 . q . I . cap . non afferamus .

A D D E .

*Delictum quod grave dicatur , vide Menochi . casu arbit . 266 . nu . 6 Mattheus Boyss D .*

Ad propositum igitur ; aut Clericus committit levia criminia , & non debet deponi , nec etiam beneficio privari , sed poterit ad tempus suspendi , vel aliter corripi ad arbitrium judicis . ut in dicto cap . cum delicti : aut committit gravia , & poterit deponi . Si vero graviora , quamquam non publicatus , poterit ultra depositiō nem detрудi in monasterium , ut in pœnal . cap . tux . Si vero gravissima , ita quod de jure civili puniretur pœna mortis ; & tunc poterit deponi , & damnari ad perpetuum carcerem . ut in cap . penal . de here . & in cap . novimus de ver . signifi . & in cap . I . de heret . lib . 6 . unde not . dicit . Inno . in cap . qualiter in 2 . de accusa . quod ista deputatio ad per-

## DE OFFIC. ORDI. 161

perpetuum carcerem post depositionem æquiparatur pœnæ mortis, & rarissimè debet infligi, nisi ut dictum est pro istis gravissimis sceleribus: posset tamen delictum adeò perniciosum esse exemplo, & qualificatum ut traderetur illico post depositionem judici seculari, ut in cap. novimus alleg. cap. cum non ab homine, & ibi Sicul. post Pet. de Ancha. & in cap. at si Clerici de judi.

### ADDE

*An Clericus ad perpetuos carceres condemnari possit, Vide Ignatium Lopes in praxi Crimin. cap. 140. ubi latissimè & doctissimè de perpetuis carceribus, quod de jure non obtineat, adeò si judex eam imponat pœnam, sententiam fore nullam. De jure verò canonico tantum locum habere. Vide aliquid per Menochium in arbitra. q. 89. n. 9. March. Bayß D.*

Quæ autem crima dicantur publica secundum jus Civile. vide in l. 3. in fin. ff. de prævar & ibi 116 Bart. & Io. de Imol. in l. fin. ff. de priva delic. & in l. 2. ff. de concussi. secundum jus canonicum iij omne crimen dicitur publicum, quia ad publicum judicium spectat puniri, ut in cap. de criminis de collu. detegen. in glo.

### QUÆSTIO NONA.

**Quæritur, qualiter Clerici de incontinentia sint puniendi.**

**I**N concubinario multæ sunt pœnæ, de quibus in tit. de cohabitatio. Clericorum & mulierum, per totum, & per Hosti. in summa eodem tit.

117  
ADDE